

www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-62470>

Commentaria in secundam epistolam ad Corinthios

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A nitatis, ecclesiam nominavit. **a** ¶ Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dñm nostrum Iesum Christum sit anathema. Sicut illis qui eum amant redemptio uenturus est Christus: Ita & qui eum non amant anathema sit, id est ut illos abominetur & perdat. **b** ¶ Marañatha. Magis Syrum est q̃ Hebræū, tamen si ex cōfinio utrarūq̃ linguarū aliquid Hebraum sonet. Et interpretatur dominus noster uenit.

c ¶ Gratia domini uobiscum. Propria manus cōsue-
d ¶ Charitas mea cū omnibus uobis. Vt quomodo uos ego diligo, ita & in Christo inuicem diligatis. **e** ¶ In Christo Iesu. Non secundum seculi charitatem. **f** ¶ Amen. Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demonstrat: quomodo inquit, dicit amen super tuam benedictionem?

COMMENTARIA IN SECUNDAM epistolam ad Corinthios.

P Aulus apostolus Iesu Christi. Queritur cur in omnibus epistolis contra usum epistolarum, primū suum nomen ponat, q̃ eorum ad quos literæ destinantur. Sed hoc ex autoritate apostolici ordinis, quā minoribus scripsit: ut etiam seculi iudices solent ad eos quos regunt, scripta dirigere. Per uoluntatem dei, id est non hominum uolūrate. Simul uult ostendere nō sine uoluntate patris se missum à Christo.

B ¶ Et Timotheus frater &c. Non dixit Paulus & Timotheus, quia nō ambo apostoli. ad Philippenses uero ubi non erat tanta autoritas necessaria, serui ambo ponuntur. **i** ¶ Cum omnibus sanctis qui &c. Hic sancti posunt accipi sacerdotes, qui in prima ponuntur inuocantes dominum, & ad Philipenses cum episcopis & diaconibus. Ideo autem postea nominantur, ne parum intelligentes, eos praetermissos esse putarent. Cum sint in ecclesia cōprehensi Achaia, cuius est metropolis Corinthus. **k** ¶ Gratia uobis & pax à deo patre &c. Hæc est solita salutatio. Hic gratias agit deo gaudens se ideo consolari ut ipse alios conoleretur. **l** ¶ Benedictus deus pater domini nostri Iesu pater &c. Quia ex ipso est omnis misericordia. **m** ¶ Et deus totius consolationis, qui consolatur nos. Id est perfectæ cōsolationis, quia nō est minus tribulatione solatiū. **n** ¶ In omni tribulatione nostra. Id est, non in aliquibus, sed in omnibus. **o** ¶ Vt possimus & ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt: per exhortationē qua exhortamur & ipsi à deo. Id est propterea liberamur, ut & nos alios cōsolari & de tristitia liberare possimus. Aut ita formā dat nobis alios consolandi, ut per exhortationē qua ipsi à deo con-

solamur agnoscamus quod deus timentū se neminem derelinquat, & multo magis in futuro remuneret, quos etiam in presenti non deserit. **p** ¶ Quoniam sicut abundat passiones Christi in uobis. Id est, per nomen Christi. **q** ¶ Ita & per Christū abundat cōsolatio nostra.

SECUNDA EPISTOLA AD CORINTHIOS



P Aulus apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei, & Timotheus frater ecclesie dei quæ est Corinthi, cū omnibus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi pater misericordiarū, & deus totius cōsolationis, qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationē qua exhortamur & ipsi à deo. Quoniam sicut abundat passiones Christi in nobis: ita & per Christū abundat cōsolatio nostra. Siue autem tribulamur pro uestra exhortatione & salute: siue cōsolamur pro uestra cōsolatione: siue exhortamur pro uestra exhortatione & salute, quæ operatur tollerantiā earū de passionū quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro uobis. Sciētes quoniam sicut socii passionū estis: sic eritis & cōsolatiōis: nō enim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia: quā supra modū grauati sumus supra uirtutē: ita ut taderet nos etiā uiuere. Sed ipsi in nobismetipsis respōsū mortis habuimus: ut nō simus fideles in nobis: sed in deo

rationem parua pati cognoscant, maxime cum illi talia patientur, qui uice Christi fuerant destinati. Sicut si quis discipulus doleat super iniuria sua, cum audierit magistrum maiora perpeffum, consolatione accepta dolere desinit. **x** ¶ Quoniam supra modum grauati sumus. Supra uirtutem grauati pondere passionum. **y** ¶ Ita ut taderet nos uiuere &c. Ita ut mori omni deliderio cuperemus. **z** Sed ipsi in nobis responsum mortis habuimus: ut nō simus fideles in nobis &c. Hoc est in nostra prudentia uel cautela. **a** ¶ Sed in deo qui suscitauit mortuos &c. Ipsa mors docuit nos, omne humanum auxilium defecisse, & ab illo solo sperandum esse remedium, cui etiam possibile est mortuos suscitare.

A ¶ Qui de tantis periculis eripuit nos & eruit adhuc in quem speramus, quoniam liberauit nos. Scit se adhuc multa passurum qui sperat se liberandum. **b** ¶ Adiuuantibus uobis. Nisi laborans non dicitur ab alto iuari. **c** ¶ Per orationem pro nobis. Multum ualeat

oratio totius ecclesie quæ Petrum de carcere liberauit. **d** ¶ Ut ex multarum personarum facierum eius quæ in nobis est donationis per multos gratia agatur deo pro nobis. Id est ut ex multorum conuentu pro eo quod uobis donatur, domino gratia referatur: uel quia multis donati sumus, plures conuercentes, per nos gratiam agunt. **e** ¶ Nam gloria nostra hæc est. Ideo in ipsius passionibus gloriamur quoniam conscientia nos minime reprehendit, eo quod gloria uel luctu causa docere uideamur. **f** ¶ Testimonium conscientie nostræ. Id est beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. **g** ¶ Quod in simplicitate & sinceritate dei non est. Quo

B modo deus simplex est & sincerus. **h** ¶ Non in sapientia carnali sed in gratia dei conuersati sumus in mundo. Hoc non subdole uel astute docentes, ut sapientia carnalis quæ mercede distrahitur, sed gratis: sicut a deo accepimus, uel dei solius causa docemus. **i** ¶ Abundantius autem ad uos. A quibus nec uictum qui nobis iure debetur accepimus. **k** ¶ Non enim alia scribimus uobis.

Non confundor, quia uos nostis certum esse quod dico. **l** ¶ Quam quæ legistis & cognouistis. In est, quæ legistis in epistola, cognouistis in conscientia. **m** ¶ Spero autem quod usque in finem cognoscetis. Id est, certum sum meum propositum non mutari. **n** ¶ Sicut & cognouistis ex parte nos. Quia nondum finis est, cum autem uenerit ex integro cognoscetis. **o** ¶ Quia gloria uestra nos sumus sicut & uos nostra. Sic gloriantur discipuli de bono doctore, quomodo & magister in bonis discipulis gloriatur. **p** ¶ In die domini nostri Iesu Christi. Quando & ueri magistri & boni discipuli probabuntur. **q** ¶ Et hac confidentia &c. Id est, quod nihil aliud uestrum quasi uisum salutem. **r** ¶ Ut secundam gratiam habereis &c. Quia primam in primo habuistis aduentu: uel ut gratiam secundam presentie meæ post literas habereis. **s** ¶ Cum ergo hoc uoluissim &c. Quia promissum non impleuerat, ne leuitatis accusaretur se excu-

sat. **t** ¶ Aut quæ cogito secundum carnem cogito. Id est, secundum carnalem uoluntatem, carnale enim est ali- quem nulla maiore causa existente non facere quæ promissit. **u** ¶ Ut sit apud me est & non. Ideo non cogito secundum carnem ut non mendax uel duplex inueniar. **x** ¶ Fidelis autem deus. Ita & nos per quos ipse loquitur: dum eum imitatur non sumus infideles. **y** ¶ Quia sermo noster qui fuit apud uos &c. Nulla in eo ambiguitas, nec nos uobis sumus aliquando mentiti. **z** ¶ Deicimus enim filius Iesus &c. Quare cum promississet ire se ad centurionis puerum non perrexit: Sed affuit spiritali gratia qui non affuit presentia corporali. Sed est in illo fuit id est immutabilis ueritas, ut ad Moy- sen dicit. Qui est mihi me. Ille enim uere est, qui semper idem est. **a** ¶ Quotquot enim promissiones dei sunt &c. Omnis ueritas promissionis in Christo est: quæ per nos ad dei gloriam predicatur. **b** ¶ Qui autem confirmat nos uobiscum in Christo. Gratia & doctrina. Et quia dixerat per nos, modo ostendit deum totum facere, qui in eis ista omnia operatus est. **c** ¶ Et qui unxit nos deus. Spiritu sancto uel chrismate. **d** ¶ Et qui signauit nos. Illud signatur, quod aliquid intrinsecus continet preciosum. **e** ¶ Et dedit pignus spiritus &c. Id est pro arra, spiritus gratia: omnis autem arra pro magnitudi-

Cap. II.

Statuimus autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia uenirem ad uos. Si enim ego contristo uos, & quis

ne precij dari solet. Quantum ergo precium est, cuius tanta est arra: **f** ¶ Ego autem testem inuoco. Reddit causam non impleti promissi, hoc non sua leuitati, sed illorum infirmitati asserit deputandum. **g** ¶ In animam meam. Cuius secreta solus agnoscit. **h** ¶ Quod parcens uobis &c. Ne in uobis acrius uindicare. **i** ¶ Non quia dominamur fidei uestræ &c. Non quod ideo credideritis ut uobis dominemur, sicut in lege sacerdotes, & ideo uos terremus, sed omnia ad uestram facimus emendationem, ut hic in conscientia & in perpetuo gaudeatis, ne ipsa liberrate usque fueritis in peius. **k** ¶ Nam fide statis. Fide non lege. **l** ¶ credendo Christo stare coepistis. **Cap. II.** Statuimus autem hoc ipsum apud me: ne iterum in tristitia uenirem ad uos. Cogitavi uel disposui, ne in tristitia secundo uenirem. Qui cum primo credidistis, apud uos in gaudio fui. **m** ¶ Si enim contristo ego uos &c. Propterea id facio ut possim gaudere de uobis.

¶ Nisi

A ¶ Nisi qui contristatur ex me. Qui enim contristatur, intelligit se peccasse: sicut ager qui dolore sentit, potest percipere sanitatem, & ad medici laticiam pertinere.

b ¶ Et hoc ipsum scripsi uobis. Modo enim ideo scribo uel ante scripsi, ut literis emendati, presentem me gaudere faciat.

c ¶ Vt non cum uenero tristitia super tristitiam habeam. Tristitiam habeo quia peccastis: quae magis augebit, si uos non perfecte uidero emendasse.

d ¶ De quibus oportuerat me gaudere. De quibus semper gaudere debueram, uel de emendatione gratulari.

e ¶ Confidens in omnibus uobis: &c. Id est, confido uos intelligere, quia tunc fit uerum gaudium uestrum si ego gaudeam. Siue confido quod me taliter diligatis, ut meum gaudium uestrum esse dicatis.

f ¶ Scripsi uobis per multas lachrymas. Primam epistolam qua uos corripui, & hinc intelligendum quod fuerit de omnium salute sollicitus.

g ¶ Non ut contristemini: sed sciatis quam charitatem habeam. Non ideo commemoro ut iterum contristemini: sed ut sciatis me omnia in charitate fecisse.

h ¶ Abundantius in uobis. Ex maiori sollicitudine, abundantius cognoscite charitatem.

i ¶ Si quis autem contristatus uel. Quia per illius peccatum uos etiam correpti, amplius pro

k ¶ Sed ex parte. Id est, ex ea sola parte qua nocuit tibi, dum illi necesse est poenitere.

l ¶ Vt non onerem omnes uos. Ideo scribo eum recipi, ut non oneremini si per uestram duritiam desperauerit de salute.

m ¶ Sufficit illi qui eiusmodi est &c. Non de illo solum dicit qui paternum polluit thorum, sed de omni peccante: nam multos illic peccasse, epistola prima demonstrat.

n ¶ Ita ut e contrario magis donetis. Vt contra obiurgationem donetis ueniam.

o ¶ Et cōsolemini. Verbis prophetiae dicentis: Nolo mortem peccatoris. Et, iniquus quacumque die fuerit conuersus non memorabuntur peccata eius.

p ¶ Ne forte abundantius &c. Ne forte per desperationem indulgentiae absorbeat gurgite uitiorum, & a diabolo persuasus, ad infidelitatis & blasphemiae maiora precipitia deducat.

q ¶ Propter quod obsecro uos &c. Quia perfecte recognoscat se ueniam consecutum.

r ¶ Ideo enim & scripsi uobis ut cognoscam &c. Vt uideam si quomodo obaudistis in uindicando: ita obaudiatis in indulgendo. Obedientia enim illa uera & perfecta est, quae in nullo contemnit.

s ¶ Cui autem aliquid do-

quis est qui me laticet, nisi qui contristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi uobis, ut non cum uenero tristitiam super tristitiam habeam: de quibus oportuerat me gaudere confidens in omnibus uobis, quia meum gaudium omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas: non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in uobis. Si quis autem contristauit me, non me contristauit: sed ex parte ut non onerem omnes uos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio haec quae fit a pluribus: ita ut e contrario magis donetis & consolamini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi uobis ut cognoscam experimentum uestrum an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donatis, & ego. Nam & ego quod donauit: si quid donauit propter uos in personam Christi, ut non circumueniamur a satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Cum uenissem autem Troadem propter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum. Sed ualefaciens eis, profectus sum in Macedonia. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu: & odor noticie sue manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus deo in his qui salui sunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor uitae in uitam. Et ad haec quis tam idoneus? Non enim sumus sicut pluri mi adulterantes uerbum dei: sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in Christo loquimur. **Cap. III.**

Incipimus

uobis Titus erat utique rediturus. Vicinior est enim Macedonia Achaia quam Troada: denique cum ibi esset, dicit Titum postea aduenisse. **c** ¶ Deo autem gratias &c. Triumphare facit nos per Christum, uel in nobis ipse triumphat. **d** ¶ Et odorem &c. Odor noticie dei, per doctrinam manifestat & signa. Odor autem ideo dicitur, quia sentitur potius quam uidetur, & quia primo credentes, aliquid tanquam per modicum odorem sentire ualebant. **e** ¶ Quia Christi bonus odor &c. Quidam ita dicunt, nosse labor deo semper esse gratus, quia omnibus predicamus seu uelint credere seu nolint: sed hic proprie de illis dicitur, qui uel sanabantur per ipsos, uel in quibus uindicata fiebat. Bonus ergo odor in utroque quia iustus. **f** ¶ Et ad haec &c. Ad haec facienda quis potest tam idoneus esse quam nos qui ad hoc sumus electi. **g** ¶ Non enim &c. Pseudoapostolos tangit humanum sensum diuinam praedicationi misceres. Unde Esaias ait: Caupones tui miscet uino aquam, id est, meram doctrinam adulationis mollia uerba, quibus homines non tam inebriati feruunt quam delectati tabescunt. **h** ¶ Sed ex &c. Ex deo processit doctrina quam scimus ipso praesente in persona dicere Christi. I. sicut ipse praedicauit. **Cap. III.**

B Incipimus

C Matth. 16. c

D Prouer. 4. d

Esa. 1. f

Ezech. 18. f
33. c

A Incipimus iterum nosmetipsos commendare. Non ut cōmendemus nos uobis ista dicendo, laudare nos uolumus: sed hæc ne ab alijs seducamini cogimur commemorare. **b** ¶ Aut nūquid egemus sicut quidā &c.] Quos non cōmendat gratia uirtutum, illos digne com-

mendat epistolæ amicorum. **c** ¶ Epistola nostra uos estis.] Per uestram fidem omnibus commendamur, sicut alibi dicit: Signaculum apostolatus mei uos estis.

d ¶ Scripta in cordibus &c.] In conscientijs nostris, & uos nobis prædicantibus credidisse, uel in corde nostro est prædicatio per quam epistola nostra estis facti, quæ cognoscit & quæ legitur ab omnibus hominibus & manifestatur. **e** ¶ Quoniā epistola estis Christi ministrata a nobis.] Omnibus manifestū est, Christo uos per nostrā credidisse doctrinam, confirman- te uirtutē spiritu sancto. Siue uere hinc cognoscimini Christi esse, quod eius spiritū accepistis. **f** ¶ Ministrata a nobis.] Hoc est spiritu sancto præparata. **g** ¶ Et scripta: nō atramento: sed spiritu &c.] Hic differentiā inducit legis & gratiæ. Iudei in dura materia

Heb. 2. b

legem acceperunt, significante duritiā mentis eorum, sicut & uelamen faciei Moysi, cordis eorū uelamen ignorantia portendebat. Nos uero quamuis legem Christi scriptam in euangelijs habeamus: tamen in primis non quasi absentes tabulis scriptis, sed præsentēs per auditū domini uerba corde suscepimus. Euangelia uero post modum scripta sunt, ad memoriā posterorum. Si ergo inexcusabiles sunt qui legem in lapidibus acceperunt: quātomagis nos qui uerba Christi suscepimus si peccamus: ut ad Hebræos scribitur. Si enim illi non effugerūt super terram loquente illis, & reliqua. **b** ¶ Fiduciā autem talem habemus per Christum ad deum.] Quia nouimus uos per nos credidisse: uel quod nos non humana epistola sed gratia diuina cōmendat. **i** ¶ Non quod &c.] Vult ostendere se nihil sua prudētia facere uel uirtute, quia pauci homines rustici, nunquā sine dei gratia totum mundum saluare potuissent. **k** ¶ Sed sufficientia &c.] Ideo hoc pramittit, quia dicturus erat tanto maius se quā Moysen mysterium suscepisse: quanto maius est nouum testamentū lege, ut eos a falsis apostolis sibi detrahentibus reuocaret. **l** ¶ Qui & idoneos nos &c.] Dū ad hoc idonei adimplendū non essemus. **m** ¶ Non litera &c.] Nō litera legis sed spiritui gratiæ ministrantes. **n** ¶ Litera enim &c.] Quomodo alibi dicit legē

Rom. 7. c

esse spirituales spiritualibus. Caterum peccatores occidit, gratia autem uiuificat impium cōuerentē. Quidam dicunt quod historicus intellectus occidat: nescientes quod nec ubiq; historia, neq; ubiq; possit allegoria seruari: nā

sicut quædam in figura dicta sunt, ita si præcepta uelis, allegorice intelligere, omnem uirtutem eorum euacuās, omnibus aperuisti uiam delinquendi. Sed ille uerus spiritualis intellectus est qui non uerisimilibus coloribus pulchrum mendacium pingit, sed uirtute rerum ipsam

rem exprimit ueritatis. **o** ¶ Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria.] Quæ mortificat peccatores: ceterum ipse eam sanctā & iustā & bonā alibi dicit. **p** ¶ Ita ut non possent intendere filij Israel in faciē Moysi.] Id est contra Manichæos. Nunquā enim Apostolus posset contrario comparare, id est, maiore ministro, rum noui testamenti quā Moysi gloriā dicere, si inter eos non uideretur esse cōmunio. **q** ¶ Propter gloriā uultus eius quæ euacuatur.] Gloria legis per gloriā euangelij euacuatur: sed ita euacuatur ut proficiat: sicut infantem ipse dicit euacuari in uiri perfecti ætatem. Semen quoq; euacuatur in fructum, melior fructus semine, sed sine eo esse non potest. Fructus non perit, sed multiplicabitur semen in fructu & ita euacuatur sicut propheta & scientia destruentur.

r ¶ Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria.] In gloria nostra quæ ut perfecta nō potest euacuari. **s** ¶ Nā si ministratio damnationis in gloria est.] Exposuit quod superius dixerat: literam occidere, ministratiōē esse mortis iam dānando peccantes. **t** ¶ Multo magis abundat &c.] Quod ministrat iusticiā admittendo peccata. **u** ¶ Nam nec glorificatum est &c.] In comparatione gloriæ euangelicæ obumbratur gloria legis: ut orto sole luna obtunditur luna cum tamen suo tempore magnū habeat fulgorem: hoc ostendit etiam dominus cum ascendens montē solus, splendore solis uisus est radiasse: cum tamen Moyses & Helias uisi in gloria, referantur, & ideo uox desuper patris ipsum solum præcepit audiri. **x** ¶ Si enim quod euacuatur per gloriā est &c.] Si euacuandum per gloriā datum est testamentum, quanto magis erit quod permanet glorio sum. **y** ¶ Habentes igitur talem spem.] Talem spem gloriæ, quia spe salui facti sumus. **z** ¶ Multa fiducia uimur.] In deo qui fecit nos idoneos. **a** ¶ Et non sicut Moyses ponebat uelamē super faciem suam.] Non ita facimus, quia iam omnes Christiani uident gloriā domini sancto spiritu reuelante. **b** ¶ Vt non intenderet filij Israel &c.] Vsq; in finem eius: id est, usq; in finem uitæ eius: ita & lex non intelligitur usq; dum in finem eius id est, dum Christo credatur. **c** ¶ Quod euacuatur.] Velamē nūc euacuatur in Christo. **d** ¶ Sed obtusi sunt sensus eorū, usq; in hodiernū diem.] Nisi enim crediderint, intelligere secundū prophetā omnino non possunt. **e** ¶ Idipsum.

A **a** ¶ Idipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum. Cuius figuram ille gestabat in facie. **b** ¶ Quod in Christo euacuatur. Qui finis est legis. **c** ¶ Sed usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, uelamen &c. Ignorantia, super cor eorum quibus

gendum est, ut dicamus deum mentes infidelium huius seculi merito infidelitatis excasse, sicut ait saluator: In iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiant. Et ipse Apostolus alibi ait: Quia non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati: misit illis deus spiritum erroris: hoc est da-

Ioan. 9. 2.
2. Cor. 2. c

d ¶ Cum autem conuersus fuerit &c. Cum conuersus fuerit Iudæus sicut Moyses conuertebatur ad dominum audiendum. **e** ¶ Dominus autem spiritus est. Nihil in illo obscurum uel uelatum. **f** ¶ Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Libertas est spiritus, & idcirco non potest uelamen accipere, cum magis ipse omnia reuelat, quia qui spiritum dei habet, omnia illi nuda sunt & aperta, quia spiritus omnia scrutatur. **g** ¶ Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes. Evidenter & clare domini gloriam cōtemplamur. **h** ¶ In eandem imaginem transformamur. Quam dominus ostendit in morte, sicut alibi dicit: Qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ, con forme corpori claritatis suæ: Siue transformamur quotidie & nitimur transformari. **i** ¶ A gloria in gloriam tanquam à domini spiritu. Id est, ab hac gloria in futuram proficimus, spiritu domini operante.

Cap. IIII

I Deo habentes hanc administrationem.

Quia per nos idonei

tanto officio non eramus. **l** ¶ Non deficimus. In omnibus tribulationibus nostris. **m** ¶ Sed abdicamus occulta dedecoris. Id est occulta uitiorum. Dedecus est enim delinquere Christianum. **n** ¶ Non ambulantes in astutia. Non turpis lucri gratia predicantes. **o** ¶ Neque adulterantes uerbum dei. Per adulationem excusando peccata, ut aliqui causa latificandi cor hominis uerbo dei sermonem uilem admiscant, & per terram repunt. **p** ¶ Sed in manifestatione &c. Sed ita manifestum est apud homines uerum esse quod dicimus, ut eorum conscientia testimonium phibeat nobis, qui resistant. **q** ¶ Coram deo. Non hominibus, id est, non propter ipsos eis nos commendamus. **r** ¶ Quod si etiam &c. Quasi aliquis illi obiecit, quod hanc non omnes intelligunt ueritatem, sed non credentes, inquit, uel subdoli non fideles, etiam plurimi Iudæorum ignorabāt. **s** ¶ In quibus deus huius seculi &c. Deus seculi potest ita accipi quomodo princeps mundi, quia ipse sibi in infidelibus ueditur princeps: sed propter calumniam hæreticorum ita intelli-

num die idipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo euacuatur: sed usque in hodiernum diem quum legitur Moyses, uelamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad deum auferetur uelamen. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu.

Cap. IIII

I Deo habentes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia: neque adulterantes uerbum dei, sed in manifestatione ueritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum, in quibus deus huius seculi excasseuit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi quæ est imago dei. Non enim nosmetipsos predicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum. Nos autem seruos uestros per Iesum, quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Despicimur, sed non pigrescimus. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui uiuimus in mortem tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu manifestetur in carne

minamus. **b** ¶ Habemus autem. Hic incipit ostendere quare tanta & talia patiamur, quia de hoc illis pseudoapostoli deirahebant. **c** ¶ Theaurum &c. Theaurum gratiæ spiritualis in fragili corpore baiulam, in quo etiam cum alios sanamus, ipsi aliquoties infirmamur, ut quod facimus non nostra uirtutis, sed dei esse noscatur. **d** ¶ In omnibus. Persecutionem quidem patimur, sed per solatiū futuræ spei, non angustiamur, sed amplius delectamur. **e** ¶ Aporiamur &c. Et cæde & opprobriis, sed diuino non desolamur auxilio. **f** ¶ Despicimur, sed non perimus. Usque ad desperationem uitæ uenimus, sed non morimur: sed & si morimur, non perimus. **g** ¶ Semper mortificationem. Per tribulationem sicut alibi ait: Quotidie morimur pro uestram gloriam: ergo si comorimur inquit, & conuiuemus. Illi autem qui nolunt comori, nec conuiuent. **h** ¶ Semper enim &c. Quandiu sumus in corpore. **i** ¶ Propter Iesum &c. Non propter opera mala, sed propter corpus eius, id est, ecclesiam patimur, quod passus est ille pro nobis, ut uita eius, hoc æterna manifestetur in carne nostra mortali, ut possit fieri im-

ti: misit illis deus spiritum erroris: hoc est dari permittit, quia credere noluerunt: quasi si medicus inobedientem agrum deserat, ipse agitudinem dici prologasse, cum tota illius culpa sit, quia audire contempsit. Tamen si rursus roget & obtemperet, potest recipere sanitatem.

i ¶ Qui est imago. Imago expressa substantia dei, sicut scriptum est ad Hebræos.

u ¶ Non enim &c. Qui enim commoda propria querit, non Christum, sed semetipsum prædicat, sicut qui suo uetri seruit.

x ¶ Nos autem seruos. Quia uestræ utilitati omnia procuramus exemplo Christi, qui formam serui accepit, non gloriæ, nec auaritiæ causa docemus. **y** ¶ Quoniam deus qui dixit &c.

Hoc contra omnes inimicos ueteris testamenti, quia à patre Christi est datum.

z ¶ Ipse illuxit in cordibus &c. Illuxit primus in cordibus nostris per Iesum Christum, ut nos alios illuminare possimus.

a ¶ In facie Christi Iesu. Quæ claritas est in facie Christi maior quam Moyse: uel in persona Christi nos homines scientia illu-

1. Cor. 15. d

A fieri immortalis. Nondum enim apparuit in nobis quid erimus. a ¶ Ergo mors &c.] Nunquid in nobis semper erit mors, & in uobis uita & futura & praesens? b ¶ Habentes autem &c.] Increpat eos qui falsis apostolis crediderunt: idcirco Paulum passionibus subiaccere, quia si

dei minoris sit. Si ergo per fidem tribulatio non possit, e contrario ostendit se propter fidem talia sustinere: illos uero causas odij non habere per adulationem atque dissidium.

Vnde ad Galatas ait: Gal. 6. c Qui uolunt in carne placere tantum, ut crucis Christi persecutionem minime patiantur. c ¶ Credidi propter &c.] Hoc testimonio credere se probat. Si enim ille ideo quia credidit loquebatur: nemo enim sanæ mentis alteri affirmat quod ipse non credit: ergo & nos qui loquimur, inquit, credimus: qui etiam propterea tribulamur.

d ¶ Sciētes quoniam.] Firmiter tenētes hanc fidem, a qua nec morte diuellimur. e ¶ Et nos cum Iesu &c.] Si cum illum suscitauit, & nos, si pro eo morimur.

B f ¶ Omnia propter uos.] Omnia ideo patimur, quia fideliter uestram salutem quaerimus & optamus.

g ¶ Vt gratia abundans per multos in gratiarum actiones &c.] Hunc sensum habet, ut per multitudinem credentium propter gratiam abundantem, & gratiarum actio abundet in gloria dei.

h ¶ Propter quod non.] Propter uos & propter gloriam dei in omnibus tribulationibus & operibus non cessamus. i ¶ Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur.] Licet corpus passionum iniurijs corrumpatur, anima tamen spe futurorum quotidie confirmatur ad omnia sustinenda. k ¶ Nam id quod praesens est &c.] Praesens tribulatio quantolibet tempore perseverans, ad comparisonem immensae gloriae aeternae brevis & facilis est, sicut ad Romanos ait: Existimo enim quod non sunt condignae passionēs huius temporis ad futuram gloriam. l ¶ Supra modum in sublimitate.] Quia nulla comparatio potest esse. m ¶ Aeternae gloriae pondus operatur in nobis.] Quia illud leue dixerat, ideo posuit hic pondus, seruans metaphoram istam: uel quod tribulationum pondus quae supra modum sunt in praesenti, sublimitatem gloriae aeternae perficiant. n ¶ Non contemplantibus nobis &c.] De uisibilibus nec bonis mouemur, nec malis, quia utraque finiuntur.

Cap. v

Scimus enim quoniam sit terrestris domus nostra &c.] Quasi aliquis ei dixisset, quando istud erit cum sciamus esse mortales: ideo resurrectione gloriae induxit. Do-

mus nostra, inquit, terrenum corpus, in quo in hoc seculo adhuc corporaliter habitamus: si ante aduentum domini uel passionibus uel conditione naturae fuerit dissolutum, coelestem incorruptionem ex deo corpore reuiuiscere sumemus. p ¶ Domum non &c.] Quia animale corpus

quod dei quodammodo manu dicitur esse plasmatum, hoc ipsum spirituale fiet, per spiritum. q ¶ Nam & in hoc ingemiscimus.] Gemitus hic pro labore accipitur, quia cum gemitu laboratur, sicut & partus pro labore ponitur. Ad hoc ergo laboramus, ut illa superindui mereamur.

r ¶ Si tamē uestiti.] A fide uel opere pietatis. s ¶ Nam & qui sumus &c.] Nam qui uiui inueniuntur, hoc laborabunt, ut non expolientur ab igne cum peccatoribus, cum omnia coeperint elementa consumi: sed ut cum iustis immortalitate superindui mereantur.

t ¶ Vt absorbeatur.] Quod absorbet non apparet cum sit, sicut ferrum si mittatur in ignem manente eius materia, totum fit ignis: nam & splendorem & calorem

ipsius ignis assumit. u ¶ Qui autem efficit.] Deum hoc dicit facere, ne cui impossibile uideretur. x ¶ Qui dedit nobis pignus spiritus.] Qui nobis dedit pignus spiritus, ut sciamus quia templum sui spiritus perire non patitur. y ¶ Audentes igitur semper & scientes.] Ideo hoc aude-

mus petere, quia quoad in corpore sumus in hac uita, incertis iactamur euentibus, finem nostri exitus nescientes. Cum autem excesserimus de corpore, tunc scimus nos domino propinquare, quoniam aduersis & incertis seculi molestijs liberati. z ¶ Quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino &c.] Peregrinamur, quia adhuc non sumus in hereditate paterna. Vt peregrini ergo non debemus de huius seculi rebus magnopere curare, sed necessarijs contenti, desiderium omne & studium perueniendi ad patriam habeamus, quia fide adhuc speramus, & nondum specie possidemus. Audemus autem & consentimus, & prorsus hoc audenter legimus, sicut alibi ait: Dissolui & cum Christo esse multo magis melius. a ¶ Magis peregrinari a corpore, & praesentes esse &c.] Bene ait, peregrinari a corpore, quia ad id sumus iterum regressuri. b ¶ Et praesentes esse ad dominum &c.] Quanquam creatori suo nulla creatura sit absens: sed nos quodammodo tunc illi magis praesentes erimus, ut etiam perfecti, quum a carnis fuerimus fragilitate seuncti. Siue quod secundum nos deo praesentes erimus, quia secundum illum absentes esse nunquam possumus.

¶ Et ideo con-

A a ¶ Et ideo contendimus siue absentes, siue praesentes placere illi.] Iam modo tales esse actu conamur, quales futuri sumus in regno, natura incorruptibili sine dubio & perfecti. Hoc dicit: quandiu in mundo positi peregrinamur a dño, cōuersatione bona id agamus, ut ei in futuro placere possimus, nō ut quidā putant, quia postea q̄ excelsimur ē corpore, ibi aliquid operātes deū promereamur.

b ¶ Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi.] Pro magnitudine potentiae sedentis, magnitudo tribunalis, & terror iudicij aestimanda sunt.

c ¶ Vt referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonū siue malum.] Quia de resurrectionis tempore fecerat mentionem: uult ostendere animā omnia per corp⁹ operatam, siue bonum, siue malum. Venite ad me benedicti. Et: Discedite a me maledicti.

Matth. 25. c

d ¶ Scientes ergo timorem domini hominibus suadem⁹.]

B ¶ Scientes quantus merus sit diuini iudicij, hominibus suadem⁹ ut caueāt: deo autem manifesti sum⁹, si nō & nos formidamus.

e ¶ Spero autem &

in cōscientijs uestris manifestos nos esse.] Quāuis male uobis suggestum sit de nobis: puto tamen quod non recipiat conscientia uestra de nobis aliud suspicari q̄ nouit: nec possit alijs magis fidem accommodare quā sibi.

f ¶ Nō iterum cōmendamus nos uobis.] Quia superius dixerat: incipimus nosmetipsos commendare.

g ¶ Sed occasione damus uobis gloriādi pro nobis.] Cōtra pseudoapostolos, qui primum per detractionem odium eis uolebant inferere, ut eis fides facilius haberetur. b ¶ Vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non corde.] Vt habeatis ad eos qui in carnalibus, & in uisibilibus, & non in conscientijs gloriantur. Quid respondere potestis contra ea quae de nostra obprobriatione confingunt, ut etiam sui cordis testimonio reuincantur.

i ¶ Siue enim mente excedimus deo.] Si, inquit, sensu proprio, recta peruerimus in uicia, ipsi a deo excidimus, atq; alienamur ab eo. Si autem integre sentim⁹ & sobrijs, uobis sufficit nostra praedicatio. Dicebant enim de illis, si eorum esset memoria coram deo, nunq̄ talia paterentur. Quidam aliter dicunt: Siue in ecstasi sumus, deo: siue nostro sensu loquimur, uobis. k ¶ Siue sobrijs sum⁹, uobis.] Siue abstinentes propter uos. l ¶ Charitas enim Christi urget nos.] Necessē est nobis uel aliquatenus uicem eius repēdere charitati. Nē est, ut pro eius corpore patiamur, qui mori pro nobis morte dignatus est.

m ¶ Aestimantes hoc quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus.] Solus inuentus est, qui ut in maculata hostia pro omnibus qui erant in peccatis mortui offerretur. n ¶ Vt & qui uiuunt, iam non sibi uiuant.] Et

debemus uitam nostram, qui illam in omnibus sua morte seruauit. Si quis ergo suam potius quā dei uoluntatem facit, sibi uiuit, non illi. Vnde ipse dominus ait: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum sibi &c.

Matth. 16. d

o ¶ Sed ei q̄ pro ipsis mortuus est & resurrexit.] Propter calumniā, semp̄ mortis resurrectionem adiungit. De abolitione ueterū, & renouatione creaturā, & reconciliatione nra ad deū per dominum nostrū Iesum Christum.

p ¶ Itaq; nos ex hoc neminem nouim⁹ secundum carnem.] Id est carnaliter circumcisum, & carnales ceremonias seruātem, & nullius ueterū imitatur exemplum.

q ¶ Et si cognouim⁹ secundum carnem.] Cognouim⁹, inquit, secundū carnē Christum, quādo maledictum factus, patibulo crucis pro nostra salute suscepit. Nunc autem non ita cognoscimus, non enim est iam passurus pro nobis, qui semel pro omnibus & mortuus est & resurrexit. Alii: Et si cognouimus Christum, cum adhuc essemus secundum carnē, sed nunc iam non nouimus. Quia eis exempla ueterum proponebat: ait Christū

D

reconciliamus carnaliter circumcisum cū Iudaeis omnia celebrasse. Sed nunc iam ista nō nouimus, quia post resurrectionē eius nouum est testamentū. Aliter: Qui infirmi sunt, carnaliter credunt Christo: perfecti uero intelligūt iam post resurrectionem nihil imbecillitatis in eo esse carnalis.

r ¶ Si qua ergo in Christo noua creatura &c.] Si quis credit in Christo, noua est creatura: intelligēs uetera, suo tempore fuisse diuisa, & amodo nouo more uiuendū.

s ¶ Omnia autem ex deo.] Quia etiam praecepta in noua sunt, tamen & noua & uetera ab uno deo pro diuersitate temporum sunt dispensata. t ¶ Qui nos reconciliauit sibi.] Quia peccando fueramus ab eo auersi.

u ¶ Per Christum.] Per Christi doctrinam, pariter & exemplum. x ¶ Et dedit &c.] Vt & nos alios reconciliare possimus. y ¶ Quoniam quidem deus erat in Christo &c.] Tribus modis inesse deum legimus: Secundum infinitatem omni creaturā: sicut ipse dicit per prophetam: Nonne cœlum & terram ego impleo: Secundū sanctificationem & peculiarem inhabitationē in sanctis, iuxta illud: Et inhabitabo in illis. Secundū plenitudinē diuinitatis in Christo, dicente alibi Apostolo: Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, mundum reconcilians sibi. z ¶ Non reputans illis delicta ipsorum.] Hoc est, per solam fidem cognoscens.

a ¶ Et posuit in nobis uerbū reconciliationis. Pro Christo ergo &c.] Vt pro Christo nos reconciliemus hominibus deo, cuius Christi uice, legati sumus dei. b ¶ Tanq̄ deo exhortante per nos.] Id est nō ex nobis loquimur, sed ex deo. c ¶ Obsecram⁹ pro Christo, reconciliamini deo.] Qd̄ dicit, hoc est: non inquit, nos, p̄ Christo deprecatur

Leuit. 26. b

Colof. 2. b

A camur, sed propter id quod pro nobis passus est, ut credentes in ipsum, reconciliemini deo: hoc est, uice Christi. **a** ¶ Eum qui nō nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. ¶ Secundum illud: Christus qui absq̃ peccato erat, pro nobis dicitur factus peccatum, quia pro

reconciliamini deo. Eū qui nō nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iusticia dei in ipso.

Cap. vi

A Diuīātes autem exhortamur, ne inuācuū gratiam dei recipiatis. Ait em̃: Tēpore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nūc diēs salutis. Nēmīni dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministeriū nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros. In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis. Incāstitate, in sciētiā, in lōganimitate, in suauitate, in spiritu sanctō, in caritate nō ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei. Per arma iusticiā a dextris & a sinistris, p̃r gloriam & ignobilitatem, p̃r infamiam & bonam famam. Ut seductores & ueraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi mōrientes, & ecce uiuimus, ut castigati & non mortificati. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Sicut egentes, multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Os nōstrum patet ad uos ò Corinthij, cor nōstrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in uisceribus uestris. Eandem autem

habentes

qui ignoti & cogniti. ¶ Ignoti per fidem & ingratia, & cogniti a fidelibus & iustis. **g** ¶ Quasi morientes, & ecce uiuimus. ¶ Hoc est, usq̃ ad mortē peruenientes: sicut quando lapidatus est, & mortuus aestimatus, surgens docebat in Lystris. **b** ¶ Ut castigati & non &c. ¶ Castigans castigauit me dominus, & morti nō tradidit me. **i** ¶ Quasi tristes, semper autē gaudentes. ¶ Tristes seueritate uultus: corde uero etiā in tribulatione gaudentes. **k** ¶ Sicut egentes, multos autem locupletantes. ¶ In hoc ipso quo nobis egemus, alijs abundamus, dum per nos elemosynae fiunt: siue terrenis egentes, alijs bonis celestibus facimus locupletes. Simul attendēdum, quomodo omnia quasi pati se dicunt: nō tamen pati, ut ostendat ista esse, quasi imagines passionum, ad comparationem praeij sempiterni. **l** ¶ Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. ¶ Sicut ait Salomon, eius qui fidelis est totus mundus diuitiarū. Nam excepto quod omnia nostra dei sunt: nemo plus habet, quā m qui nullus indiget. Ille uero nihil eget, qui prae necessaria nihil requirit. De separatione fidelium ab infidelibus, & quod omnes sancti templum sint dei. **m** ¶ Os nōstrum patet ad uos ò Corinthij, cor nōstrum dilatatum est. ¶ Ita sumus uestro profectu prouocati, ut tacere penitus non possumus. Profectus enim discipuli, aperit os magistris. Et cor dilatatur atque amplificatur, id est, facit sensibus abundare, sicut de Salomone scriptum est: Quia dedit illi deus largitudinem cordis, sicut arenam maris. **n** ¶ Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in uisceribus uestris &c. ¶ Non ex nobis sermonis angustia, sed quia ualidiorem uos nō potestis audire doctrinam: ideo ex uobis causa procedit angustia. **o** ¶ Eandem autem habentes rem &c. ¶ Si eundem sustinueritis laborē. Aut certe si tantum

Leuit. i. et 3.

Cap. vi

A Diuīantes autē. ¶ Verbo uos adiuuantes. **d** ¶ Ne inuacuū gratiam dei recipiatis. ¶ Inuacuū gratiam dei recipit, qui in nouo testamēto nō nouus est, hoc est, nihil in illo proficit.

e Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die &c. ¶ Acceptū tempus ad exaudiendum, & ad salutē miserandum, in hac uita praesenti est, sicut ait

Ioan. 12. c

saluator: Ambulate dum lucem habetis, ne uos tenebrae comprehendāt. **f** ¶ Ecce nunc tempus acceptabile. ¶ Sicut alibi: Dum tempus habemus, ait, operemur quod bonum est. Dies autē ideo dicitur hac uita, quia ad operandum est apta: & concluditur nocte iudicii, quā dies tenebrae erunt peccatoribus, non lux in qua iam nemo poterit operari. Aestati quoq̃ assimilatur hoc tempus, in cuius comparatione, formica dicitur hyemem sperare uenturam. **g** ¶ Ecce nunc dies salutis. ¶ Modo solam possumus inuenire salutē, quia iuxta prophetā testimonium, in inferno nemo confitebitur. **b** ¶ Nēmīni dantes ullam offensionem, ut non uituperetur &c. ¶ Nemo a nostro offendatur exemplo, ne nō tam nostrum uitium putetur esse q̃ legis. **i** ¶ Sed in omnibus. ¶ Non in aliquantis. **k** ¶ Exhibeamus nosmetipsos. ¶ Omnes autē huius causae in nostra sunt potestate. **l** ¶ Sicut dei ministros. ¶ Dei ministri, deum debent, prout possibile est imitari, ut ex actu cognoscantur dei esse cultores. Vnde

1. Cor. 6. d

alibi ait: Portate deum in corpore uestro: sicut ille se ab omnibus patitur blasphemari, & tamen in praesenti uita ingratia etiam sua beneficia non denegat. **m** ¶ In multa patientia, in tribulationibus. ¶ Omnis latio, tribulatio est. **n** ¶ In necessitatibus. ¶ Omne quod necesse est, feramus ut necesse est. **o** In angustiis. ¶ Angustia, est omnis egentia. **p** ¶ In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus. ¶ Manuum, uel discursuum. **q** ¶ In uigiliis. ¶ Non minus mentis q̃ corporis. **r** ¶ In ieiuniis. ¶ Notandum ieiunia cum uirtutibus numerari. **s** ¶ In castitate. ¶ Illa est uera castitas, quae nec mēte polluitur. **t** ¶ In sciētiā. ¶ Notandū quod sciētiā sit inter species uirtutū. **u** ¶ In lōganimitate. ¶ Id est sustinentia lōga. **x** ¶ In suauitate. ¶ Ut nulli uerbis nostris ama-

A si tantum, quantum dicere possumus capiamus. **a** ¶ Tanquam filijs dico, dilatamini & uos. Quasi filij meo exemplo dilatamini, ut maiora recipiatis. Siue sacerdotes in doctrina exemplo suo precipit dilatari. **b** ¶ Nolite iugum ducere cum infidelibus. Nolite illis coniungi, uel æquari, quia iugum simul non trahunt, nisi pares, id est, nolite pseudoapostolis sociari, uel his qui in idolo recubebant.

c ¶ Quæ enim participatio iusticiæ &c. Nulla, sicut nec cum tenebris luci. Simul ostendit neminem posse esse iustum & iniustum, ualde contraria exempla proponens.

d ¶ Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infidelis? Penitus illi non potest conuenire. In Belial autem diabolus, sicut antichristum in uocabulo idoli nominauit.

e ¶ Qui autem consensus templo dei cum idolis, uos enim &c. Idola ipsos homines dicit, quia templa sunt demonum: sicut iusti templum dei sunt.

f ¶ Sicut dicit deus, quoniam inhabitabo in illis. Cum ubique sit deus, tamen in illis proprie habitare se dicit, qui eius gratia perfruntur: & qui mundum ei preparant sui cordis hospitium.

g ¶ Et inter eos ambulabo. Omnes eorum sensus obtinebo, uel percurram.

h ¶ Et ero illorum deus. De enim natura omnium est, uoluntate paucorum, non enim est deus mortuorum, sed uiuorum.

i ¶ Et ipsi erunt mihi populus. Qui uoluntate serui sunt, non natura tantum. **k** ¶ Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit dominus. Actum uel conuersationem, uel familiaritatem, non loco. **l** ¶ Et immundum ne tetigeritis. Omnis qui peccat, immundus est: immundus enim apud deum omnis iniquus. **m** ¶ Et ego recipiam uos. Si uos illi eiecerint. **n** ¶ Et ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias. Si uos parentes abdicauerint infideles, me patrem habebitis sempiternum. **o** ¶ Dicit dominus omnipotens. Addidit omnipotens, ne cui impossibile uideretur. **Cap. VII**

Has ergo habentes promissiones charissimi. Tantas & tales promissiones habentibus, quanto studio mundanda est domus talem hospitium receptura: & dei filij modo debent patrem in omnibus iusticiæ operibus imitari. **q** ¶ Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus. Inquinamentum carnis est, quod per car-

nem admittitur. Spiritus uero, quod sola cogitatione peccatur. **r** ¶ Perficientes sanctificationem. Tunc erit perfecta sanctificatio, si utraque munda seruentur. **s** ¶ In timore dei. Non in laude hominum uel timore. **t** ¶ Capite nos. Neminem læsumus. Accipite quod dicimus, siue

quod uiuimus, ut exemplum nostrum teneatis. **u** ¶ Neminem corrumimus. Mala doctrina. **x** ¶ Neminem circumuenimus. Vt eius aliquid tollere mus. **y** ¶ Non ad condemnationem uestram dico. Prædiximus enim quod &c. Non me excusando, uos tales expono: non enim possum de uobis hoc sentire quos diligo, ut superius commemorauimus. **z** ¶ Multa mihi fiducia est apud uos. Multam mihi fiduciam dedistis loquendi, quia in omnibus obedistis, siue quia multum me a uobis diligi non ignoro. **a** ¶ Multa mihi gloriatio pro uobis. Apud alias ecclesias, de uestra emendatione mihi applaudo.

b ¶ Repletus sum consolatione. Post multam tristitiam. Siue sermo mihi suppeditat consolationem, uestro prouocato exemplo & profectu. **c** ¶ Superabundo gaudio, in omni tribulatione uestra. In omni tribulatione uestra tantum gaudeo, ut obliuiscar omnium preteritarum. **d** ¶ Nam & cum uenissemus in Macedoniam &c. Ostendere illis uult quam pressuram magnitudinis gaudij superat. **e** ¶ Sed omnem tribulationem passi sumus. Nullum genus

tribulationis experti non sumus. **f** ¶ Foris pugnae, intus timores. Pugnae contra infideles, & timor de fratribus falsis: siue timebamus ne scandalizarentur infirmi.

g ¶ Sed qui consolatur humiles &c. Hoc est humilatos passionibus & afflictos. **h** ¶ In aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius &c. Non solum quia desideratus aduenit, sed etiam quia illa nuntiavit: propter quæ eius maxime expectabamus aduentum. **i** ¶ In qua consolatus &c. Post luctum quem pro uobis nobiscum habebat. **k** ¶ Referens nobis &c. Pro nostra contristatione, & quorundam peccatis. **l** ¶ Vestram emulationem prome. Quia uice mea amulati estis dei emulatione peccantes, siue triplex est amulatio, aut imitationis, aut inuidia, aut de qua agitur in presenti.

m ¶ Ita ut magis gauderem. Quia non modo correxistis uos, sed etiam amplius profecistis. **n** ¶ Quoniam & si contristatus &c. Et si me poenituisset, eo quod uos durius corripuerim, tamen uester

A tamen uester facit profectus, ut non me poeniteat: quasi si dicat medicus, etiam si doluisset mihi tam arden. i me usum esse cauterio: sed nunc gaudeo, non quia doluistis, sed quia dolor ille uobis profuit ad salutē. **a** ¶ Contristati enim estis secundū deū. Non secundum seculum.

b ¶ Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Aut nostra negligentia. Aut ut uenientes aliquē uestrū damnaremus.

c ¶ Quæ enim secundum deū tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Est enim poenitentia diabolica aduersa salutē, si quis de bono opere poeniteat. Stabile operatur, stabilem salutē, siue per manentem poenitentiam. De propiciatu enim peccatorū, non debemus esse sine metu.

d ¶ Seculi autē tristitia mortem operatur. Seculi tristitia est, aut de amissis rebus proprijs, aut de alienis nō inualis dolere, uel de alterius felicitate torqueri. Secundum deum uero tristitia est, siue sua, siue aliena lugere commissa.

B ¶ Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari uos, quātam in uobis operatur sollicitudinē. Hoc ipsum quod modo factum est, potest uos docere: quid sit inter utrāq; tristitiā. **f** ¶ Sed defensionē. Quidam habent, sed excusationem: in græco autem ἀπολογία, id est, satisfactionē præcepti scilicet dicit. Quidam dicunt, hoc

loco, sed præpositionem in latino esse superfluum. Apud Græcos uero consequentiam, structurā esse sermonis.

g ¶ Sed indignationem. Contra peccantes, non negligentiam. **h** ¶ Sed timorē. Timorem domini, nō securitatem. **i** ¶ Sed desiderium. Non fastidium, sed desiderium nostrum. **k** ¶ Sed amulationē. Contra peccantes, ne ultra peccarent, non remissionem. **l** ¶ Sed uindictam. Non ueniam nociuam, sed uindictam salutarem. **m** ¶ In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negotio. Probastis uos immunes à culpa: contaminatus enim auctoritatem non habet uindicandi.

n ¶ Igitur & si scripsi uobis nō propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est. Non propter eum qui patri fecit iniuriam tantum, nec propter ipsum solūmodo patrem scripsi. Potest & ita dici. Non propter eum qui excōmunicauit: neq; propter eum qui eiectus est scripsi: neq; enim per me hæc sola emendata uel correpta est causa. **o** ¶ Sed ad manifestandā sollicitudinē. Ne putetis nos aliquid posse latere, dū pro uobis sumus nimia cura solliciti.

p ¶ Ideo quoq; consolati sumus.

Quia uos castos probatis esse in negotio. **q** ¶ In consolatione autem nostra abundantiū magis gauisi sumus. In hoc autem amplius gratulati sumus, quod ita à uobis Titi spiritus est reffectus, ut nunquā de eius mente possitis recedere. Profectus quippe discipulorum, spiritualia

gaudia sunt magistrorum. **r** ¶ Et si quid apud illum de uobis gloriatus sum. Quasi peritus medicus agit, qui uulnē iam per sanātū, blandis unctionibus fouet, ut facilius cauterij uestura sanet. **s** ¶ Non sum confusus &c. Confusionem nō habet gloria de profectu.

t ¶ Ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titū, ueritas facta est. De rebus iustis, non uanitatis, sed ueritatis ē gloriatio. **u** ¶ Et uiscera eius abundantius in uobis &c. Omnia uos affectuū eius membra desiderant, ut oculi præsentiam, aures sermonem, os colloquiū expectet.

x ¶ Quomodo cum timore &c. Obedientiam fidelē descripsit: qui enim ex charitate obedit, timet contristare quem diligit.

y ¶ Gaudeo quod in omnibus confido in uobis. Fecistis me gaudere, quia de obedientia uestra nunquā potui hæsitare, & de ministerio in sanctos.

Cap. VII

Notam autem facimus uobis fratres gratiam dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniæ, & quod in multo experimēto tribulationis abundantiā gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum uirtutem testimonium illis reddo, & supra uirtutem uoluntarij fuerunt, cum multā exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerij quod sit in sanctos. Et nō sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primum domino

mosynam puocat, ut nō putarent sibi graue, quod pauperiores uideant iam fecisse. **a** ¶ Quod in multo experimēto tribulationis abundantiā gaudij ipsorum fuit. Tunc maxime gaudent, quādo fuerint tribulati, scientes apostolos contumeliam in concilio passos pro nomine Christi, publica laticia fuisse gauisos. **b** ¶ Et altissima paupertas eorum abundauit &c. Multum quidem in terrena facultate sunt pauperes, sed in magna simplicitate sunt diuites, plus cupientes dare q̄ habent: ac propterea deus animum magis probat, q̄ quod dextera porrigit: qui enim quantum potest facit, totum fecit: similiter diues & pauper, quamuis diues ampliū dare uideatur. **c** ¶ Quia secundum uirtutem &c. Verbis præposteris hoc dicit. Testimonium illis reddo, quod secundū uires facientes, supra uirtutem uoluntarij fuerunt. **d** ¶ Cum multa exhortatione &c. Multum studentes nos, rogauerunt, ut gratatē quæ offerebāt suscipere in ministerium sanctorum. **e** ¶ Et nō sicut spe &c. Amplius q̄ speramus fecerunt: nō cōtenti sua dare, sed seip̄os primo dño tradiderūt, deinde nobis: hoc est, deus uidet uoluntatem

A luntatem eorum, nos effectum. **a** ¶ Per uoluntate dei.] Non ut nobis placerent sine domini uoluntate. **b** ¶ Ita ut rogaremus Titum &c.] Illorum deuotione accensi sumus mittere eum ad uos, ut doctrina & dispositioe sua, etiam hoc in uobis perficiat, ne quid minus ceteris ha-

beat. De collauda-
tione Corinthiorum &
aequalitate, prout quod
que habuit, & de mi-
nisterio quod sit in san-
ctos agit. **c** ¶ Sed si
cut in omnibus abun-
datis fide & sermone
& scientia, & in omni
sollicitudine &c.] No-
ta cum fide scientiam
esse laudabilem.

d ¶ Ut & in hac gra-
tia abundetis.] Ne cum
in alijs uincatis, in
hoc ab alijs superemi-
ni. **e** ¶ Non quasi im-
perans dico &c.] Non
impero nec exigo, sed
consilium do, ut sicut
in multis forma alijs
præbetis, ita & in isto
opere faciatis. Est enim
uobis sic ingenua pie-
tas, ut ab alijs eam di-
scere minime egeatis.

f ¶ Scitis enim gra-
tiam domini nostri Ie-
su Christi, quoniam
propter uos egenus fa-
ctus est, cum esset di-
ues, ut illius inopia
uos diuites efficeret. Et
consilium in hoc do.
Hoc enim uobis utile
est.] Non ignoratis
dei filium propter uos
pauperem factum: qui
uniuersorum erat con-
ditor & dominus, ut
eius exemplo bonis co-
lestibus dicamini. Si
ergo ille propter uos
temporalia uniuersa
contempsit: quanto
magis uos dare debe-
tis parua, non uestra,
imò sua ei reddere: Ip-
si enim datur, quicquid
eius causa porrigitur.
Simul & contra For-
num facit, quod prius
quod pauper fieret Chri-

stus, diues erat, quia habitabat in patre. **g** ¶ Qui non
solū facere, sed & uelle coepistis ab anno priore.] Osten-
dit quosdam posse facere, non uolentes, cum aut impor-
tunitas petentis, aut autoritas precipientis exigeret.

h ¶ Nunc uero & facto perficite, ut quemadmodum prom-
ptus &c.] Quod uoluntarie incoepistis, implete. Omnis
enim boni operis finis est expectatus. Quia sicut factum
inuiti, acceptum non est: ita uoluntas instructiosa est, ha-
bentibus eam sine facto. **i** ¶ Si enim uoluntas prom-
pta est secundum id quod habet &c.] Ne putetis me alii
quem supra uires cogere, aut tantum in hac causa a pau-
pere quantum a diuite expectere. Omnes aequaliter dabunt,
si unusquisque tantum dederit, quantum potest, non secun-
dum quod non habet. Hoc & Tobias dicebat ad filium: Prout

habueris fili fac elemosynam. **k** ¶ Non enim ut alijs
sit remissio, uobis aut tribulatio &c.] Non dico ut uobis
nihil seruetis, sed quod quidem utrisque sufficiat. **l** ¶ Ve-
stra abundantia, illorum inopiam suppleat, ut & illorum
abundantia &c.] Date illis carnalia, ut & illi uacantes,

possint uobis redde-
re spiritualia. Isti enim
duo gradus, sine altero
utro esse non possunt:
iam enim ille perfectus
non erit de carnalibus
cogitando, quamuis
misericors, cum non
habet cui dare, uel quomodo
dare doceat.

m ¶ Qui multum ha-
buit, non abundauit:
& qui modicum, non
minorauit.] De ma-
na hoc dicitur, quod
accepit populus in de-
serto, cuius exemplo
docemur, quod omnis
superabundantia ge-
neret uermes. Simul
& ostendit quæ deus
dat, omnibus aequa-
lia esse debere. Et pro-
pter huius testimonij
autoritatem, uult no-
bis Apostolus præsen-
tia omnia esse comu-
nia, ut & perfecti do-
ctrinam non abscon-
dant, & habentes sub-
stantiam mundi, non
denegent eis uictum.
Dignus est enim ope-
rarius cibo suo.

D Matth. 10, 6

n ¶ Gratias autem
ago &c.] Gratia qui-
dem exhortationis, &
uoluntate propria fe-
sinauit, ut mercedem
haberet: non inuitus
quasi ei sit credita di-
spensatio. **o** ¶ Mis-
imus autem cum illo.]
Hoc de Luca intelli-
gitur, quia laudem in
euangelio conscriben-
do uidetur habere præ-
ceteris: qui etiam actus
apostolorum præter
euangelia scripsit.

p ¶ Non solum autem,
sed ordinatus est ab ec-
clesijs &c.] Testimo-

nio ecclesiarum idoneum eum & probatum fuisse, demon-
strat. **q** ¶ Ad domini gloriam, & destinatum uolunta-
tem nostram. (Proposita siue paratam.) Deuitantes hoc,
ne quis nos uituperet in hac plenitudine &c.] Ne quis
dicat, quomodo Christus legem impleuit, cum uideamus
Christianos, non tantam elemosinam facere, quantum fieri
in lege præceptum est. **r** ¶ Prouidens enim &c.] Nihil
enim propter humanam gloriam facimus: sed tamen no-
lumus ut per nos aliquis scandalum merito patiatur: sed
ut omnes uidentes opera nostra bona, magnificent pa-
trem nostrum. **s** ¶ Misimus autem &c.] Quidam hoc
de Apollo asserunt dictum. **t** ¶ Quem probauimus in
multis &c.] Testimonium illi dat, ut facilius audiat.

u ¶ Nunc autem &c.] Multo nunc sollicitiore compro-
bamus

F bamus

A habemus eum propter uos, quia uestra obedientia prouocatur, siue quia adiuti à Tito, siue quia per seipsum comprobauit. **a** ¶ Siue pro Tito qui est socius meus & in uobis adiutor: siue fratres nostri &c.] Quod dicit, hoc est. Tam Titi causa qui eorum obedientiam collaudauerat

¶ eorum qui ad ipsum fuerant pariter destinati, ita se exhiberent, ut & charitatis syncretismum & apostolicam pro ipsis gloria ueritatem, in conspectu omnium comprobaret. **b** ¶ Omissionem ergo quæ est charitatis uestræ & nostræ gloriæ, pro uobis in illos ostendite in faciem ecclesiarum. ¶ Ut uideant uerum esse quod dicitur in omnibus ecclesijs de uestro profectu. Siue aliter: ostendite charitatem uestram, de qua coram omnibus ecclesijs gloriamur. **Cap. IX**

Nam de ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio enim &c.] Mutare uidetur sanctos hic sensum, & ideo quidam dicunt eum superius de laicis dixisse, hic uero de sacerdotibus sanctis. Alij uero aiunt eum de elemosynis hucusque tractasse, modo autem de ministerio uerbi commone re, quod sanctificationis per baptismum exhibetur. Hi uero duo sensus usque ad finem cause diligenter utrique sunt colligendi.

c ¶ Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito.] Tota prouincia cuius caput

estis, per nos ad hoc ministerium prouocata est. **d** ¶ Et uestra æmulatio prouocauit plurimos.] Hic æmulatio pro imitatione ponitur. **e** ¶ Misimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte.] Superius memoratur: Qui uos commoneant ne aliter inueniant in parte doctrinæ, siue ministerij quam putabam. **f** ¶ Ut quemadmodum dixi parati sitis, ne quum uenerint &c.] Si nos erubuerimus quasi falso gloriantes: quanto magis uos & pro uestra negligentia, & pro nostro rubore. Multa enim confusio est, si quis pro eo qui eum diligit erubescat. **g** ¶ Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut præueniant ad uos, & præparent repromissam benedictionem &c.] Siue à benedicendo, siue quia per humanitatem eorum benedictio nascitur dei. **h** ¶ Sic quasi benedictionem, non quasi auariciam.] Benedictio erit si grato animo tribuatur. **i** ¶ Hilariter enim datorem diligit deus.] Auarus autem hilariter dare non uult. In scientia autem auarus est, qui sensum non uult implere quem coepit. Vnde dominus neminem in uia salutem præcepit, hoc est, nulli transitorie uerbum annun-

ciare salutis. Hoc est autem qui parce seminat, parce & metet. Contra Iouinianum etiam hic locus facit, ubi merito rum gradus esse monstrantur. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Eccontrario ergo in maledictione seminans, inde & metet, sicut scriptum est. Non semines mala in sulcis iniuriæ, & non metes ea sepe, plū. Vnusquisque prout ut destinauit in corde suo, id est uoluntari non coactus, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit deus, secundum sapientiam Salomonis. Et in omni dato, hilariter fac uultum tuum. Si autem de scientia intelligitur, hilariter in labore suo uult esse doctorem, sicut de se alibi dicit. Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo, & reliqua. **k** ¶ Potens est autem deus.] Siue ne inopiam formidarent, siue gratuitum donum sapientiarum. **l** ¶ Omne gratiam abundare facere in uobis.] Gratia nascentiarum, quia exinde per opera uestra, deo gratia referuntur. **D**

Nam de ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio enim promptum animi uestri, pro quo de uobis glorior apud Macedones: quoniam & Achaia parata est ab anno præterito: & uestra æmulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte, ut quemadmodum dixi, parati sitis, ne cum uenerint Macedones mecum & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus uos in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut præueniant ad uos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse: sic quasi benedictionem, non quasi auariciam. Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens est autem deus, omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit. Et multiplicabit semen uestrum, & auget incrementa frugum iusticiæ uestræ, ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo.

Quoniam

ait, illorum abundantia, uestra inopia sit supplementum. **o** ¶ Iusticia eius manet in æternum.] Rebus temporalibus, æterna iusticia comparatur. **p** ¶ Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit.] Hoc ait: Quod deus qui uelle eis præstitit, etiam facere perficiat in uobis. Hoc est, deus qui tibi dedit unde dispenses, esurientem minime patietur. Si autem ad semen uerbi referas: Qui dedit officium docendi, præstabit & escam tibi, modo ad hoc solum uacare uelis. **q** ¶ Et semine uestrum.] Humilitatis uel sermonis. **r** ¶ Et auget incrementa frugum iusticiæ uestræ.] Fruges iusticiæ, sunt facultates, quum de eis sit iusticia. Cum uero aut inique congregantur, aut ad auariciam uel superbiam possidentur, fruges iniquitatis fiunt. Pretio enim grauius triticum in populo maledicitur: siue fruges iusticiæ, sermões sunt dei. De fructu enim laborum suorum satiabuntur sapienter. **s** ¶ Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo.] Ut sine discretione omnibus simplicitate indigentibus tribuatis. Non quarantes cui, sed quare detis. **Quoniam**

Esti. 7. a

Psalm. 4. b

Sap. 3. d

A 4 ¶ Quoniam ministeriū huius officij &c.] Duplicem potestis habere mercedem, & perfectionem sanctorum, & gratiarum in domino actiones. Aliter: Non solum docet sanctos, sed domino gratias agit, qui nos tanta sapientia erudit. b ¶ Per probationem ministerij huius.]

Per hoc ministerium esse probamini Christiani, magnificantes deum per operū confessionem, sicut e contrario alij factis negare dicunt. Aliter, perfecte docetis & ostenditis diuinum esse, in quo deū per obedientiam magnificatis.

c ¶ Et simplicitate.] In omnes simpliciē tribuētes siue docentes bona, quā cōmunicatis potius q̄ donatis, certi uos cum multiplici ea fœnore recepturos. Hac omnia operatur administratio huius officij quā etiā in hoc abundat. d ¶ Desiderantium uos ppter eminentem gratiam dei in uobis.] Quis autem non desideret talem propter gratiam siue scientiā, siue misericordiam ceteris eminentē.

B e ¶ Gratias deo super inenarrabili dono eius.] Qui tātam nobis gratiam pietate sua conferre dignatus est. De armis carnalibus & spiritualibus, & de Apostoli potestate, & de his qui se ipsos cōmendare cōnantur. Cap. X

Ipsē autem ego Paulus obsecro uos per mansuetudinem &c.] Ea uos mansuetudine rogo qua Christus, cum se posset de iniuriis ulcisci, noluit, ut uel sero se corrigerent. g ¶ Qui in facie quidem humilis sum inter uos, absens &c.] Semper sanctorum præsētia, per nimiam humilitatē, minus intelligentibus potest esse contemptui. Absentes uero si necesse fuerit, confidenter suam indicant potestatem. Qui præsentes, sic sunt quasi nihil possint habere uirtutis, si tamē nihil delicti repererint in subiectis. h ¶ Rogo autem uos, ne præsens audeam.] Ita agite, ne mihi necesse sit manifestare uirtutem. i ¶ Per eam cōfidentiam qua existimor audere in quosdam.] Nam omnis existimatio facta est, sicut est. Puto autem quod & ego spiritū dei habeam. k ¶ Qui arbitrantur nos tanquā secundū carnem ambulemus.] Qui putant nōs nihil amplius ceteris hominibus habere uirtutis. l ¶ In carne enim ambulantes, nō tamen secundū carnem militamus &c.] In corpore uidemur incedere, sed ut dei ministri spiritualiter militamus. Arma quippe militiæ nostræ non sunt facta de ferro, nec manu hominis fabricata sunt, sed potentia

dei, quā plus uel uerbo agas, q̄ alij homines carnalibus armis. m ¶ Ad destructionem &c.] Muniunt enim & circundant doctrinā suā falsi doctores astutiā argumētis, quas aereas potestates Apostolus destruit uirtute gratiæ spiritualis: sicut illū Magū uias domini peruersis disputationib. subuertētem, Paulus uerbo cecauit. Itē cogitantes aduersariā quā aduersus Christum suggeruntur destruendas dicit.

n ¶ Et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiā dei.] Quid tam superbū q̄ diuinis contraire doctrinis? o ¶ Et in captiuitatem redigētes omnem intellectū in obsequium Christi.] Illos destruimus qui sub nomine obsequij Christi, omnem intellectū sententiā cupiūt captiuare. p ¶ Et in promptu habētes ulcisci omnē inobedientiā &c.] Parati ad ulciscendum omnē inobedientiam cum impleta fuerit obedientia. Hoc dicit Apostolus, modo paratū se esse ulcisci omnem inobedientiam cum ea

quā praeceptū impleuerint. Item cum iam ueltra p nos obedientia fuerit impleta, illi non audiantur potestatem se uindictam accepisse à domino, quia mentiuntur. q ¶ Quā secundum carnem sunt uidete.] Hoc est ab illis qui in facie gloriantur caute. Tam manifesta est rei probatio, ut facillima sit intellectus. Siue ab his hypocritis uobis caute, qui in præsētia gloriantur.

r ¶ Si quis confidit Christi esse &c.] Nemo tam stultus est q̄ qui se solum Christi esse gloriatur. s ¶ Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra &c.] Nā & si me magis potestatem à Christo accepisse dixerō q̄ ceteros ut Apostolus, non erubescam, quia uerum dico, & nō gloria, sed aedificationis causa compulsum hac facio. t ¶ Et nō in destructionem uestram, non erubescam.] Nam illi & usurpatam, & in destructionem exercere cupiunt potestatem. u ¶ Ut non existimer quasi uos terrere per epistolas &c.] Hoc ideo dico, ne quis me putet illa cōminari quā implere non possum, ut de me iactant deceptores. x ¶ Hoc cogitet q̄ eiusmodi est &c.] Qui putat hoc, sciat omnia me posse facere, si necesse sit quā promitto. Nam obedientibus per humilitatem infirmus, & peccatibus per seueritatē fortis existo. y ¶ Non enim audemus &c.] Id est, nō debemus ita deū cōtemnere ut coaequemur aliquibus, qui suis laudibus malunt q̄ dei

A gratia cōmendari: nec de nobis possumus maiora iactare q̄ sumus. **a** ¶ Sed & ipsi in nobis &c.] Non excedimus mensurā nostrā terminos. **b** ¶ Et cōparantes nosmetipsos nobis.] Non minoribus: sicut cū illi nihil sint, apostolis se nō modo aequales faciunt, sed etiam antepo-

nunt. **c** ¶ Nos autē nō immensum &c.] Nihil supra mensurā humanam facimus, sed in apostolat⁹ gratia, quātum nobis dō minus donare dignatus est, per quam uobis Corinthi⁹ pradicamus, nec enim hoc usurpatione fecimus sed praecepto. **d** ¶ Vt que ad uos enim peruenimus in euāgelio Christi.] Nō nolūro, ut illi qui pradicādo se, suum euāgelium faciunt. **e** ¶ Non in immensum &c.] Immensum est in alienis laboribus gloriari. Illi autem semper ad fideles ibant, qui signa minime quarebant. **f** ¶ Spem autem habentes &c.] Qui non munera à uobis, sed mercedem à deo uestrae fidei expectam⁹.

B **g** ¶ In abundantia illa quā ultra uos sunt euāgelizare.] Id est, nō enim usq̄ ad uos sufficit peruenire: sed cum uestra fides creuerit, aliō transiem⁹. **h** ¶ Non in aliena regula &c.] Sicut illi de praparatissimā ab alijs impudenter gloriantur. **i** ¶ Qui autem gloriatur, in domino gloriē.] Iam gloriari i domino exhortatur, cuius uirtutes in eo opata sūt. **k** ¶ Non enim &c.] Seipsum cōmēdat qui ipse laudat se: Illū uero dominus cōmēdat, qui signorū uirtutibus cōmēdatur. Cap. XI

Vtinam sustineretis &c.] Sustinete me qui multum sustinere consueuistis imprudentiam meam. Ideo insipientem se dicit, quia illi necesse erat, aliqua de se dicere, licet uera, ut ostendat q̄ uere insipientes sunt qui falso se laudāt. Sed & supportate me. **m** ¶ Aemulor enim uos dei aemulatione &c.] Id est, non stimulo liuoris inflammor, sed uos tanq̄ pater diuina aemulatione custodio, ut possim uos immaculatos Christo coniungere, tanto maiore studio conuersatos, quanto meliori estis consilio iungendi. **n** ¶ Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua &c.] Serpens Euam de deo mentiendo seduxit, affirmans solam deum cōminatū esse mortem, nec esse iam illaturum. Ita & pseudoapostoli asseriebant ideo euāgelij praecepta addita, ut uel sic lex antiqua ser-

uaretur, & eam solam sufficere custodiā perquirūt amulatores. Iam nunc serpens similiter quosdam seducit, gehennā propter solum terrōre asserentes nominari, quam aut penitus non esse, aut aeternam non esse affirmat, contra auctoritatem omnium scripturarū. **o** ¶ Et excidant

à simplicitate.] Quia dei uerbum simpliciter credere, nō est hominum peruersorū.

p ¶ Quā est in Christo Iesu.] Castus sensus qui uni uiro coniungitur Christo, & solius illi semel promissa sufficiunt. **q** ¶ Nā si is qui uenit alium Christum pradicat, quem non pradicauim⁹ &c.] Si uobis amplius aliquid gratiae pradicaretur q̄ per nos accepistis, recte eos nobis praponi forsitan pateremini. **r** ¶ Existimo enim nihil me min⁹ fecisse.] Me minus fecisse istis qui nihil sunt ne putetis. **s** ¶ A magnis apostolis.] Quāto magis Petrus & ceteri pradicant minus aliquid accepisse.

t ¶ Nam & si imperitus sum &c.] Non sicut isti qui cum sint sciētia imperiti, in sermone tumido gloriātur. **u** ¶ In omnibus autem &c.] Ostendit integritatem suā, quā per deum omnia fecerit, cum nec auaritiā, nec gulam nec gloriā ab eis aliquādo quaereret. **x** ¶ Aut nunquid peccatū feci.] Si forte hoc solū peccatū qui propter uos etiam licita & concessa cōtempnit. **y** ¶ Quoniam gratis euāgelij euāgelizauit uobis.] Qui neq̄ panē quotidianum, quem ordinauit domin⁹ accepimus. **z** ¶ Alias ecclesias expoliaui, accipi-

ens stipendium ad ministerium uestrum.] Cum uobis pradicarem, mihi Macedones ministrabāt. **a** ¶ Cum essem apud uos &c.] Hoc fuit ex ueritate infirmitatem portare paruulorū, ut nec tunc quidem uellet accipere cum egeret. **b** ¶ Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres &c.] Qui non occurrebant, manibus adorando fratres quos nouerunt falsos: nec pseudoapostolos susceperant, quinimo uincebāt. **c** ¶ Et in omnibus sine onere &c.] Quando infirmos uos habueritis. **d** ¶ Est ueritas Christi in me.] Sicut Christus semel fuit, nec negauit, necesse est ut aliquādo non mentus ita faciam. **e** ¶ Quoniam hāc &c.] Gloriationē, propter deum concessam contēnit, praeipue si inopiā pariat. **f** ¶ Quare? Quia nō dilig. &c.] Ipse nouit utrū uos diligā an nō. Imo ideo

mus inferere aut comparare nos quibusdā qui seipso cōmendant: sed & ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & cōparatēs nosmetipsos nobis. Nos autē nō in immensum gloriabimur, sed secūdū mensurā regulā qua mensus est nobis deus mensurā pertingēdi usq̄ ad uos. Nō enim quasi non pertingentes, ad uos superextendimus nos. Usq̄ ad uos enim peruenimus in euāgelio Christi, nō in immensum gloriantes in alienis laboribus. Spēm autē habentes crescentis fidei uestrae in uobis magnificari secūdū regulam nostram in abūdantiā: etiam in illa quā ultra uos sunt euāgelizare, nō in aliena regula in his quā praparatata sunt gloriari. Qui autē gloriatur, in dño gloriatur. Non em̄ q̄ seipsum cōmendat, ille probatus est, sed quem deus cōmendat. Cap. XI

Vtinam sustineretis modicum quid insipientiae meae, sed & supportate me. Aemulor em̄ uos dei aemulatione. Despondi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Timeō autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate quā est in Christo Iesu. Nam si is qui uenit alium Christū pradicat quem non pradicauimus: aut alium spiritum accipitis quem non accepistis: aut aliud euāgelium quod non recepistis, recte pateremini. Existimō enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis. Nām & si imperit⁹ sermone, sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum uobis. Aut nūquid peccatū feci meipsum humiliāns, ut uos exaltemini? Quoniam gratis euāgelium dei euāgelizauit uobis: alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendiū ad ministeriū uestrum. Et cum essem apud uos, & egerem, nulli onerosus fui. Nam quōd mihi deerat, suppleuerūt fratres q̄ uenerūt de Macedonia: & in omnibus sine onere me uobis seruauit & seruabo. Est ueritas Christi in me, quoniam hāc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiae. Quare? Quia non diligo uos: Deus scit

A Imò ideo à uobis non accipio, quia multum uos diligo. **a** ¶ Quod autē facio & faciam &c.] Hic reddit causam, quare ipse non acceperit, & aduersarij cur docerent gloriam, auariciamq; sectarentur, quarentes per paucū aditum inuenire lucrandi, ut hic uel panē acciperet, illi autem licentius exige-

rent. Ideo tollit occasionem Apostolus, ut in hoc appareant qui propter deum doceant, si à discipulis nihil exspectarent.

b ¶ Nam eiusmodi pseudoapostoli sūt.] Dicentes: Hæc dicit dominus, cū ipse non miserit eos, & uisões à corde suo loquuntur.

c ¶ Operarij subdoli transfigurantes se in apostolos Christi.] Subdoli sunt q̄ aliud fingit, cū aliud agit, ut sub contemplatione euangelicæ prædicationis contegat rapacitatē. Tales enim prædicatores, ut hominibus placeant, ne cesse ē adulari, ut aduulando placeāt, & placendo accipiant, ea quæ commendantur dicūt, nō ea quæ adificient audientem. Ple-

B riq; eorū non tam pecuniam desiderant q̄ honorem, arbitrantes se summis opib; esse ditatos, si ab omnib; collaudentur: sed nec pecunias ideo spernūt, quia non habēt, sed quia in recōditis habēt. Veri autem & simplices magistri apostolos imitātur, dicentes: Neq; enim fuimus in sermone aduulatiōis aliquādo, nec ī occasione auaritiæ: neq; quærētes ab omnibus gloriam nec à uobis. **d** ¶ Et nō mirum, ipse em̄ satanas

transfiguratur se in angelum lucis.] Non tam facile somnijs, aut aliquibus quasi angelis lucis, fides habenda: ne forte transfigurer se satanas in angelum lucis, & decipiat ac fallat incautos. **e** ¶ Non est ergo magnum si ministri &c.] Nō mirum si ministri satanæ, auaritiæ, id est gloriæ causa fingāt se iusticiam prædicare. **f** ¶ Quorum finis erit secundum opera ipsorum.] Mala opera, malus finis exspectat. **g** ¶ Iterum dico, ne quis putet me insipientē esse &c.] Iam superius dixit: Sustinete modicū quid insipientiæ meæ: & reddiderat rationē, quia zelo dei eos zelaret, non gloriæ desiderio esset de se aliquid dicturus, ne eius in odium uersū, falsos apostolos sequerentur. Si ergo insipientia eius tam sapiens est, q̄ sapiens erit ipsa sapientia: Simul notandum, quia mirum esse non debet si ad tempus falsa doctrina præualeat, cuius autoribus in fine uindicta promittitur. **h** ¶ Quod loquor non loquor secundum deum &c.] Si hic necessitate populi cō-

pulsus, negat se secundum deum gloriari, quid de illis sentiendum est, qui sola iactantia gloriantur substantia gloriæ: Est enim alia uera substantia gloriandi. **i** ¶ Quoniam multi gloriantur secundum carnem &c.] Quoniam in nobilitate terreni generis, gloriari carnale est.

k ¶ Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.] Vi deo enim uos cū edociti sitis, nullius momenti insipientibus facile consensisse.

l ¶ Sustinetis enim si quis uos in seruitutē redigit.] Legis uel pharisæorum qui dominatum in populū exercebant. **m** ¶ Si quis deuorat, si quis accipit.] Cōuiuia uel munera. Si quis accipit pecuniā. **n** ¶ Si quis extollitur.] Iudicia supbia, uel de scientia uel de generis q̄litate. **o** ¶ Si quis in faciem uos cadit.] Si quis etiam præfentes obiurgat. **p** ¶ Secundum ignobilitatē dico.] Ignobilitas em̄ maxima est, si quis filius dei, de terrena nobilitate se iactet.

q ¶ Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.] Ab illis min⁹ aliquid habeamus.

r ¶ In quo quis audet.] Hic se apostolis comparat laborū suorum cōtemplatione. Item notandum quod quasi temerarium dixerit audere. **s** ¶ Audeo & ego.] Possum audere si uolo.

t ¶ Hebraei sunt & ego: Israelitæ sunt & ego &c.] Si hoc gloriantur, & ego huius sum gentis. **u** ¶ Ministri Christi sunt & ego.] Notandum q̄ si quis de Christi fo-

lum ministerio gloriatur, nō sapiēter hoc facit. **x** ¶ Vt minus sapiēs dico, plus ego, in laboribus plurimis &c.] Quinque uicibus tricenās & nouenas quasi transgressor legis accepit. Hæc autem in Actibus apostolorum non omnia reperiuntur, quia nec in epistolis omnia quæ ibi scripta sūt cōtinentur. **y** ¶ Ter naufragiū feci, nocte ac die in profundo maris fui.] In ultimo periculo, cum nauim in profunda tempestate deductam, in horas fluctu operiri putarem. **z** ¶ In itineribus sæpe, periculis fluminū &c. periculis in falsis fratribus.] Qui explorare subitroierunt nostram libertatem. **a** ¶ In labore & ærumna &c.] Fames necessitatis est, ieiunium uoluntatis. **b** ¶ Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana &c.] Præter illa quæ per mansuetudinem leuiora esse uidentur. **c** ¶ Quis infirmatur, & ego non infirmor: quis scandalizatur &c.] Non dixit, scandalizor: quia in fide scandalizatur. Cum infirmatibus infirmor, cum pe-

F 3 cum pe-

A cum pereuntibus perire me credo: sic enim uxor tristitia, ut animo ardere me sentiam. **a** ¶ Si gloriari oportet. Nam si gloriari necesse est, non in his quæ ad læticiam, sed quæ ad moerorem pertinent gloriabor. **b** ¶ Quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Manifeste infirmitates suas

Apostolus, tentationes quas sustinebat, persecutionesque significat. Itē omnes superiores necessitates, uero infirmitatis nomine definiuit, eo quod humanas imbecillitates istæ præualeant.

c ¶ Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit qui est benedictus in secula, quod non mentior. Rem quasi difficilem dicentibus, quod Iudæi contra eum etiā principes gentium concitassent, ante implorat testimoniū dei, ne ueræ hoc iactantia imputaret, quæ aduersus eū etiam regna surrexerint, & nihil potuerint præualere. Hæc autē idcirco enumerat, ut ostendat quid interlit inter ueros & falsos apostolos.

d ¶ Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatē Damascenorum. Præpositus gentis illius erat, cui imperabat Aretæ rex.

Cap. XII

Si gloriari oportet, non expedit quidē.

Non mihi expedit, quæ necessitate cōpellor.

f ¶ Veniam autē ad uisiones & reuelationes domini. Sibi infirmitates domino uisiones ascribit.

g ¶ Scio hominē in Christo. Siue humilitatis causa de se in alterius persona loquitur, siue de alio, uerū potest utrumque cōstare.

h ¶ Ante annos

quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus &c.] Quia iterum repetit, ostendit aliam fuisse uisionem. Vide quāta necessitas fuit, ut quot annis quatuordecim celauerat, prodere cogeretur. **i** ¶ Et scio huiusmodi &c.] Iterando Apostolus hunc talem hominē, ostendit secundo esse raptum, semel usque ad tertium cœlū, ubi uidit uisiones, & semel in paradysum, ubi reuelata sunt ei ineffabilia uerba. **k** ¶ Et audiuit arcana uerba quæ nō licet homini loqui. Siue quæ nulli dicere fas est, siue quæ impossibile est humanā enarrare naturā. Hoc contra Arianos. **l** ¶ Pro huiusmodi gloriabor, pro me autē nihil. Visione uel homine, pro me autem nō gloriabor in mea uirtute, quia non est reuelatio mea sed dei. **m** ¶ Nisi in infirmitatibus meis. Nam & si uolero gloriari, non ero

insipiens. Hic uidetur ostendere, cum de alio dicat, etiā si dicat, causam gloriandi habere nolle. **n** ¶ Parco autē ne quis &c.] Sufficiunt manifesta, etiā si celentur occulta. **o** ¶ Et ne magnitudo reuelationū extollat me &c.] Quanta putatis esse quæ celo, ut merito mihi esset stimu-

lus necessarius, quæ me hominē esse semper mihi demonstraret. Stimulum carnis, angelum satanæ, tentationes persecutionum, apostolus se sustinuisse significat.

p ¶ Ut me colaphizet. Aut tribulationes suscitando, aut dolores. Quidam enim dicunt eum frequenter dolore capitis laborasse. **q** ¶ Propter quod ter dominū rogauit, ut discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Hic intelligimus etiā sanctos ignorantes nō, nunquam alia inimpetrabilia postulas: simul etiam discimus quod importuna petitio uel responsum mereatur, si nō meretur effectum. **r** ¶ Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis &c.] Postquam cognoui prodesse, quod nocere putabam.

s ¶ Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis. Nō in honoribus. **t** ¶ In necessitatibus. Non in otio, non in diuitiis.

u ¶ In persecutionibus, in angustiis pro Christo. Nō pro crimine, unde saluator docuit, ut sola causa iusticiæ patiamur: Per tro similiter id attestante. **x** ¶ Cum enim infirmior, tunc potens sum. Maxima potentia est infirmari pro Christo, & magna diuitiis indigere.

y ¶ Factus sum insipiens. Insipientē esse dicit, aliquem se in laboribus iactare uel uirtutibus. **z** ¶ Vos me coegistis, ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt &c.] Sed hoc uos coegistis, qui cum alijs de me satisfacere deberetis quod nihil minus fuerim à magnis apostolis, iterum opus habetis ut uos denuo commendemus. **a** ¶ Tamen nihil sum, signa tamen &c.] Ego quidē nihil sum ut homo, sed apostolatus sua in uobis signa monstrauit: hoc est patientiam in moribus, & prodigia in signis. **b** ¶ Quid est enim quod minus &c.] Quibus alijs apostoli prædicauerunt. De integritate apostoli, & seueritate acceptæ potestatis à dño eos qui potentiam negarunt agit. **c** ¶ Ecce tertio hoc paratus sum &c.] Salutem uestram desidero, nō munera. Nec enim

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. Damasci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatē Damascenorum, ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

Cap. XII

Si gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autem ad uisiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore nescio: siue extra corpus, nescio, deus scit: raptum huiusmodi usque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominē, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit: quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcana uerba quæ nō licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si uolero gloriari, nō ero insipiens, ueritatem enim dicam. Parco autē ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet. Propter quod ter dominū rogauit ut discederet à me. Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmior, tunc potens sum. Factus sum insipiens, uos me coegistis. Ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli. Tamen nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis & prodigijs & uirtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ ceteris ecclesijs, nisi quod ego ipse nō grauauit uos? Donate mihi hanc iniuriam: Ecce tertio hoc paratus sum ue-

A ¶ Nec enim debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs. Ego magis si haberem, uobis dare deberem. b ¶ Ego autem libentissime impendam &c.] Quod habeo labore nimio, impendo, & plusquam possum impendā. Perfecta enim dilectio non solum totum quod

cautiores. o ¶ An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? An in me Christum tentatis: utrum in uobis ualeat uindicare? p ¶ Qui in uobis non infirmatur. Quē non infirmū, sed potētē esse nec ipsi nescitis. q ¶ Sed potens &c.] Quanto magis in uobis

habet gratis impendit, sed etiā ipsa libenter super impenditur si necesse est. c ¶ Sed esto: ego uos non grauauī &c.] Per omnia se purgat, ipsorū semper conscientiam testem inuocās: simul, & quomodo se ab illis possint cauere demonstrans. d ¶ Rogauī Titū & misi cū illo fratrem &c.]

Nunquid aliquid uobis abstulit ad me perferendū? e ¶ Nōne eodem spiritu &c.]

Nōne uno spiritu omnia gerimus? f ¶ Olim putatis quod excusamus nos apud uos. Non sicut superbi dixi placemus uobis, sed ne nobis cum uenerimus necesse sit acius uindicare. g ¶ Corā deo in Christo loquimur &c.] Quem fallere impossibile est.

B ¶ Timeo enim ne &c.] Timeo si uos non inueniero iustos, & ego uobis seuerus inueniar. Blandimentis minas iungit.

i ¶ Ne forte contentiones, emulationes &c.] Propter hæc se dicebat seuerissime uindicare. Quid faceret si nostris temporibus adueniret, quibus ad comparationem aliorum criminum, ista ne putantur quidem esse peccata.

k ¶ Et lugeam multos &c.] Hoc est contra Nouatianos poenitentia negatores: si enim lugeat poenitentiam non agentes: utique de agētibz gaudeat. l ¶ Fornicatio ne &c.] Impudicitia grauior est fornicatio ne: quasi monstruosa turpitudine: sicut ille fecit qui uxore patris accepit Cap. XIII

E Cce tertio hoc uenio ad uos: ut in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Prædixi enim & prædico, ut præsens uobis & nūc absens his qui ante peccauerūt, & ceteris omnibus: quoniam si uenero, iterum non parcam. An experimentū queritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in uobis nō infirmatur, sed potens est in uobis. Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Nam & nō infirmi sumus in illo, sed uiuemus cum eo ex uirtute dei in uobis. Vosmet ipsos tentate si estis in fide, ipsi uos probate. An nō cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autē quod cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. Orāmus autem deum ut nihil mali faciat, non ut nos probati pereamus, sed ut uos quod bonum est faciat, nos autem ut reprobi sumus. Nō possumus enim aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, uos autē potentes estis. Hoc & oramus uestram consummationem. Ideo enim hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem

sum uenire ad uos, & non ero grauis uobis. Non enim quæro quæ uestra sunt, sed uos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Ego autem libentissime impendam, & super impendar ego ipse pro animabus uestris abundanti: licet plus uos diligens, minus diligar. Sed esto. Ego uos nō grauauī: sed cū essem astutus dolo uos cepi. Nunquid per aliquem eorū quos misi ad uos, circumueni uos? Rogauī Titū, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos circumuenit? Nōne eodem spiritu ambulauimus? Nōne eisdem uestigijs? Olim putatis quod excusamus nos apud uos. Corā deo in Christo loquimur. Omnia autē charissimi propter ædificationem uestram. Timeo enim ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos, & ego inueniar a uobis qualem non uultis: ne forte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurationes, inflationes, seditiones sint inter uos. Ne iterum cum uenero humiliet me deus apud uos: & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immundicia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

Cap. XIII.

E Cce tertio hoc uenio ad uos, ut in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Prædixi enim & prædico, ut præsens uobis & nūc absens his qui ante peccauerūt, & ceteris omnibus: quoniam si uenero, iterum non parcam. An experimentū queritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in uobis nō infirmatur, sed potens est in uobis. Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Nam & nō infirmi sumus in illo, sed uiuemus cum eo ex uirtute dei in uobis. Vosmet ipsos tentate si estis in fide, ipsi uos probate. An nō cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autē quod cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. Orāmus autem deum ut nihil mali faciat, non ut nos probati pereamus, sed ut uos quod bonum est faciat, nos autem ut reprobi sumus. Nō possumus enim aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, uos autē potentes estis. Hoc & oramus uestram consummationem. Ideo enim hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem

&c.] Si non correxeritis uos, durius adhuc acturus sum quam scribendo denuncio. d ¶ In ædificationem. Ut & uos de cetero emendatis, & alij peccare formident. e ¶ Et non in destructionem. Ad quam sibi pseudoapostoli potestatem usurpant.

carptoribz sui. r ¶ Nā & si crucifixus ē &c.] Quod crucifixus est, nostra est infirmitas: quod uiuit, sua uirtutis. s ¶ Nam & nos infirmi &c.] Siue, quod nos quasi infirmos per uocatis, iuenietis nos uiuere cum Christo in uirtute dei cum in uos uindicare coeperimus. Siue nos in presenti quidem infirmamur, sed in futuro cum illo non in nostra sed dei uirtute uiuemus. t ¶ Vosmet ipsos tentate &c.] Si in fide estis, & in uobis uos cognoscite: date sententiā in peccante, & uidete si non statim cū uestro uerbo uindicta prædat.

u ¶ An non cognoscitis &c.] Dei uirtus, si tamen uos minime reprobauit. x ¶ Spero autē &c.] Spero uos sensuros quōd nos conuersemur. y ¶ Oramus autē deū &c.] sed ut uos &c.] Si enim mali aliquid feceritis, nos uindicando parebimus probati: sed malumus nōs reprobos uideri, tamen ut uos quod bonum est faciat. z ¶ Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem &c.] Innocentiæ enim nostra sententiā obesse non poterit, nisi ei qui pro certo peccauerit. a ¶ Gaudemus enim quoniam infirmi sumus &c.] Gaudemus si non sit necesse ut nostra uirtus appareat, sicut Petri apparuit in Sapphira & Anania.

b ¶ Hoc oramus uestram consummationem. Ut uos perfecti sitis atque potentes. c ¶ Ideo hæc absens scribo ut non præsens durius agam

F 4 ¶ De

A ¶ De cætero autem fratres gaudete: perfecti estote, exhortamini.] Notandum quod toti ecclesiæ scribens, dicit eos omnes debere esse perfectos, & qd' laicos iubet se inuicem exhortari. b ¶ Id ipsum sapite. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum.] Alioquin autor dissensionis & odij contrarius erit uobiscum, & uos cum illo permanebitis in æternum, si ille hic uobiscum man-

serit semper. c ¶ Salutate inuicem in osculo sancto. Sa-
lutant uos omnes sancti.] Non honorati aut diuites.

d ¶ Gratia dñi nostri Iesu Christi & charitas dei & communicatio sancti spiritus.] Contra Arianos, qui ideo patrē maiorem esse contendunt: quia plerumq' primus nominatur in ordine.

e ¶ Sit cum omnibus uobis amen.] Non uobis amen.] Non

aliquantis: siue qd' omnes in his donis uelit esse perfectos.

COMMENTARIA IN epistolam ad Galatas.



Aulus apostolus non ab hominibus neque per hominem.] Sicut sacrarum scripturarum testatur autoritas: Neminem uenire ad patrē nisi per fili-

lium & spiritum sanctum. Item neminem uenire ad filium, nisi quem uocauerit pater & spiritus sanctus: ita & hoc loco manifeste ostenditur Paulum apostolū in euangelij prædicationem, per Iesum Christum & deum patrem uocatum esse à sancto spiritu: quæadmodum li-

B ber apostolicorum auctuum docet, dicens: Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam, & Saulū in opus ad quod assumpsi eos. Item & infra in eodē loco: Et ipsi quidem missi à spiritu sancto abierunt seleuciam.

Quod autem hic Iesum Christum primo loco ponit, & ita demum patrem, & alibi indifferenter deum patrem anteponebat, frequenter etiam spiritum sanctum, hoc ostendit: quoniam in patre & filio & spiritu sancto, non ordo, non maior aut minor, sed una est gloria eademq' substantia. Quod uero dicit, neq' per hominem, sed per Iesum Christum: hic personam deitatis ostendit. Quod autem ait: qui suscitauit eum à mortuis: assumpti hominis significat incarnationem. Aliter: Non humana præsumptione, ut illi dicunt: neq' per apostolos alios, ut Aaron per Moysen, sed per ipsum dominū, ut Moyses & omnes apostoli uel prophetae: sed pleriq' ab hominibus ordinatur, cum indigne fauore populi patientiæ domini contemnentes, diuino sacerdotio contra meritum ordinantur.

g ¶ Sed per Iesum Christum.] Qui Petrum & cæteros apostolos in ministerium apostolatus elegit.

h ¶ Et deum patrem.] Ostendit unam esse patris & filij operationem. i ¶ Qui suscitauit &c.] Secundum quod mori potuit, secundum carnem scilicet. k ¶ Et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesijs Galatiæ.] Ne solus indigne ferre putaretur, suam conculcari doctrinā, Apostolus obiurgaturus Galatas propter conuersationem suam, non tantum ex sua persona scribit ad eos, sed ex omnium fratrum, qui in consortio secum erant: quos in

AD GALATAS



Aulus apostolus non ab hominibus, neq' per hominem: sed per Iesum Christum & deum patrem: qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesijs Galatiæ. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsentī seculo nequā, secundum uoluntatē dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorū amen. Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiā Christi, in aliud euangeliū, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangeliū Christi. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis præterq' quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus

epistola ad Corinthios apostolos uocat, dicens: Siue fratres nostri apostoli ecclesiā gloriæ Christi. i ¶ Gratia uobis.] Qua sola estis fide saluati. m ¶ Et pax à deo & patre nostro &c.] Qua remissis delictis omnibus reconciliati fuerāt deo. n ¶ Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.]

Ostendit beneficia Christi, quibus exstiterant ingrati, in lege quæ peccatoribus data est, uiuere cupientes, cum illis omnia essent peccata dimissa. o ¶ Ut eriperet nos de præsentī seculo nequā.] Non quod seculū nequam sit, sed qd' mala sint, quæ aguntur in seculo: sicut & dominus in euangelio dicit: Sufficit diei malicia sua.

Non quia dies mala sit, sed propter illa, quæ in eius tempore aguntur uel bona uel mala dicuntur. Itē mala seculi opera dicuntur quæ committuntur in ipso. p ¶ Secundum uoluntatem dei & patris nostri.] Non secundum merita nostra.

1 Cor. 15

Matth. 6. 4

q ¶ Cui est gloria in secula seculorum amen.] In finitis beneficijs infinita gloria debetur. r ¶ Miror qd' sic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiā Christi, in aliud euangeliū: quod non est aliud.] Manifestatis beneficijs, mirari se dicit quod ab illo potuerint se parari. s ¶ Nisi sunt aliqui qui uos conturbant.] Nam euangelium uerum aliud esse non potest, nisi Christi. t ¶ Et uolunt conuertere euangelium Christi.] Dum lex ad euangelium profecerit, illi peruerso ordine euangelium ad legem prouocare nituntur. u ¶ Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis præterq' quod euangelizauimus uobis.] Breuiter omni uoluit prædicare personæ, quando nec Apostolos contra id quod primum prædicauerat, nec uocem de cœlo loquentis angeli permisit audire. Facit autem sententia contra omnes hæreticos, qui traditiones apostolicas mutare conantur.

x ¶ Anathema sit.] Hoc est, abominabilis uobis sit. y ¶ Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.] Repetitur fortius commendatur.

z ¶ Modo enim hominibus suadeo, an deo?] Nunquid propter homines uobis suadeo, sicut propter ludæorum traditiones ante faciebāt? Ostendere uult odia hominum se non timentem, libere defendere ueritatem.

¶ An